



## Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Dominica Palmarum. 34. Princeps imitator esse debet Christi Regis gloriæ,  
beneficum se subditis suis exhibendo absque ullo proprii commodi  
respectu.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

Principes propinato veneno extinguerent, ut tanto facilius & absque ullo impedimento, destitatos sibi fines alii qui postea. Ad locum igitur convivii quatuor pocula vini veneno intoxicati praeferunt, quos rei nullus praeter ipsammet filium Monarchae conficiat, & bibat; Interim vero superat & filius, qui & ipse pariter de eodem vino bibit: motu vero utroque operari in utriusque capite, adhibita sunt remedia, at vero quia pariter septuagesimum primum aetatis annum habebat, intra paucas horas mortuus est. Filius autem praeter remedia a juventutis vigore adjutus, agra mortem evasit. Considerate obsecro, an

non in hoc facto verificatum sit quicquid haecenus hoc sermone dixi. Proposuerat Filius Magnatis illius, aliquos a patre ad mensam invitatos Principes intoxicare: Deus autem secus disposuit, nimirum ut venenum, quod aliis praeparaverat, patri suo & sibi metipso noceret. Adhaec nihil mihi dicendum restat, nisi ut tria praecipue puncta ex hoc discursu memoriae vestrae firmiter insigatis, nimirum ut non sitis nimis in proprio iudicio & sententia pertinaces, sed multorum libenter auscultetis consilia. Secundo ut in consiliis vestris non sitis Caiphastae, sed consiliiarii boni. Tertio ut bene attendatis ad ea quae in consiliis vestris decernitis, Deus enim aliter semper disponet, quam vobis proposueritis, si propositum vestrum malum & perniciosum fuerit.

SERMO XXXIV.

DOMINICA PALMARUM.

Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, Matth. cap. 21.

Multae sunt conditiones & virtutes morales, quae in Rege aliquo, vel quovis alio Principe, vel in propria sphaera suam habere debent auctoritatem. Et quidem iustitia inter omnes aequitatis sibi honores vendicat, non solum quae est virtutum praclarior suavis, ut docet Aristoteles: vel constantis est perpetua voluntas ius utriusque tribuens pro dignitate cuiusque iuxta meritum Romanae eloquentiae: verum etiam quae ex mente Macrobius mater est innocentiae, bonae aequitatis, socia concordiae, virtutis amica, gubernatrix mundi, & Dei ministra. Unde a Pythagorico nominatur Mater est nutritrix aeternam virtutum, nam sine illa neque prudentem, neque temperantem, neque fortem esse quemquam possunt. Et Trajanus Imperator, ut Ni-

cephorus ait, dum praefecto Romanoensem suum porrigeret, dixit se fertur: Cape ferrum hoc, si recte imperium gesseris, pro me, si aliter contra me utere. Et Cleon Reipublicae caput factus confederatis suis dixit, ut se haud secus, ac si eum nunquam novissent, respicerent, quia solent amicitia vestra subvertere. Artaxerxes triginta scutorum millia cuidam aulico suo liberaliter donare, quam rectitudinem iustitiae praedicanando ob eius intuitum gratiam quandam indulgere maluit: Accipe, nam cum hoc tibi dedero, non ero pauperior, iniustior quidem futurus, si illa, quae petebas, fecissem. Etenim quisquis Principum illam inviolabilem conservaverit, in mente posteriorum, nec non in Dei gratia immortalis vivet: Vir si fuerit iustus & fecerit iudicium, vita vivet. Ezechielis decimo octavo. Unde Propheta Regius David Psalmo 71. Iusti.

lib. 3. hist. Eccl. cap. 23. Aul. Gall. li. Noct. att. cap. 3.

Handwritten notes in the right margin, including the word 'licab' and some numbers.



justitiam à Deo veluti imperii sociam postulavit, dicens: *Deus iudicium tuum Regi da, & justitiam tuam filio Regis.* Certissimum esse agnoscens, quod sine ea dissolvuntur civitates, & non possunt Regna subsistere. Etenim justitiæ velut maturicis aratis indivisibilis sodalis prudentia adiungitur, de qua Doctor Angelicus D. Thomas secunda secunda, quaestione quadragesima-septima, articulo decimotertio docet, quod sit consiliaria admodum fidelis, quæ super iudicio nostro prædominium habens ad verum finem operationes nostras ordinat: *Est qua consistamur, iuris amur, & precipimus, qua ad bonum finem totius vite humane pertinent.* Sine qua discursus otiosus exillit, intellectus in cognitione veri fallax, depravata in electione boni voluntas, temperantia in moderandis affectibus nimium facilis & licentiosa; Providentia in regimine suo irregularata, prout in Politica sua Ægidius asserit; dum ait: *Prudentia est perfectio intellectus, bona qua iustas mentis, directiva in finem virtutum moralium.* Cui egregium illud sanctæ Beatiæ lumen Augustinus addit, quod sit insignis vitæ magistra, siquidem *Docet nos quid sciendum, & quid vitandum sit, nobisque ut Tam in prosperis quam in adversis iudem, nobisque similes simus, efficaciter persuadet.* Et reverà Rex ille qui autæ virtutis huius favorio non gaudet, Rex tantum est quoad exteriorem appatentiam: Princeps quoque qui hanc sibi non habet assistentiam, præter nomen nihil in se, quod Principem deceat, demonstrat: *Si vir prudentia careat, & regia dignitate fungatur, magis est signum Regis, quam Rex; ut ergo si Rex non solum nomine, sed re, decet ipsum habere prudentiam.* Post hanc in magnatum peccatore eminentiam præterdit magnanimitas, eaque Regum & Principum diademata ad primam gloriam sine ulla controversia cedendam magnopere obligat, utpotè quæ ab Aristotele & sancto Thoma celebratur, tanquam virtus, qua tendit ad maxima servandam rationem; neque enim commisceatur gentium vulgo, sed decorum Principum sustentando cum eorundem maiestate concertat. Qua suadente Alexander in ludis Olympiis cum aliis quam patibus suis certare est dedignatus: *Cum à Patre ad currendum in ludis Olympiis statum excitaretur, sanè, inquit, si Reges habiturus sim ad varios, scribit Plutarchus. Verum cur vigilantiam prætereo, à qua Monarchiarum Regnumque conservatio unice dependet. Unde Homerus merito canit:*

*Non decet integram noctem dormire regnum Imperii populos, & agerem pacis curam.*

Porrò leo tanquam potentissimus animalium Rex apertis oculis dormit, ac proinde ab aratoribus in adytis sive foribus templi exculpatur, unde eo regendi normam caperent, quotquot ad populorum imperium refidebant.

*Est leo, sed custos, oculos quia dormit aperit, Templorum idcirco ponitur ante fores.*

Quam etiam ob causam regia Majestas apud Ægyptios per sceptrum quoddam repræsentatur, imminenter habens verticis suo vigilanti oculum, ut per hoc ænigma corondem in regimine gentium vigilantiam exprimerent: ad quod Jeremias Propheta capite primo alludens dixit: *Vigilantem ego videri.* Eminentem hanc sibi Epeminondas intellexit probabat, quando Thebanis in diebus solemnioribus sive festivis ludo & tripudii occupatis ipse circumspiciens & vigilans singulis intendebat hoc Platonis motto propriè usus, qui ait: *Principes qui in diebus lant in civitatibus, maiu civibus sunt formidabiles, pariter & hostibus.*

2. Verumenimverò, non est hic militis tempus, nec otium, ut integrum quandam eorum virtutum & qualitatum, quibus animus regum pompo, è adornatum esse convenit, concertat catalogum, atque ideo cunctas alias Principum altius necessarias virtutes prætermittens, hoc solum in præsentis discursu declare constituit, quod unica sola virtus Principi quam maxime familiaris esse debeat, nimirum beneficentia in adjuvamine aliorum, ut scilicet beneficus alii sit, non verò sibi. *Sit Princeps iure non sibi.* Porrò Regem Gloriæ Christum Redemptorem nostrum talem fuisse hodiernum nobis demonstrat Evangelium, dum de illo dicit: *Eccè Rex tuus venit tibi, non sibi, id est, (ut Abulensis interpretatur) ad tuam, non ad suam utilitatem.* Ac proinde in præsentis discursu videbimus, quod ad hoc ut Princeps aliquis Christi Regis gloriæ verus imitator sit, necessarium requiratur ut beneficus sit erga subditos, non se curando, & adjuvando. Interea verò à vobis unice desidero, ut per attentionem atque silentium, vos mihi benevolè atque beneficis exhibere non dedignemini.

3. *Eccè Rex tuus venit tibi.* Mirum est, quot vastissimus ille Planetarum Gigas, Sol inquam immensos passus, per spatiosos caeli

*Ægid. in Polit. l. 1. p. cap. 9.*

*D. Augustin. ad Erem. serm. de Prov.*

*Ægid. in Polit. p. 2. lib. 1. cap. 7.*

*Plutarch. in Regum Apophteg.*



rampos faciat, quot iicineribus arduam Zodiaci  
 vram si sequenter, dum nunc ad verticem usque  
 Zodiaci extollitur, mox in humillimas occasus  
 valles præceps demittitur, adeo ut in continuo  
 semper motu consistens indefarigabilem se el-  
 se probeat; idque eo duntaxat sine ut viventibus  
 humisolum claritatem suam impertiri, eosque  
 ipsorum suorum auto locupletare possit; i-  
 ple locas nobis meretur, anni tempora guber-  
 nat, ætatem fecundat, omnesque creaturas con-  
 fert ut quasi artificiosissimus pictor, penicilla  
 hinc autem coloris lineis imbutis, sui que ipsius  
 obliquis, totum se aliorum obsequijs impendit,  
 licet huius ne vel unius teruncij utilitas in ipsu  
 consistat. Considerate ô Auditores fecundas  
 arbores, qualiter sub crudelissimis præteritæ  
 hyemis rigoribus, frondosos ramos suos ab in-  
 discretæ manu sibi detruentari permiserint & ta-  
 men appropinquante vere ad delectandum per  
 candidatam oculis nostris germen producant,  
 utque nos per fragrantia suæ suavitatem ad se  
 alliciant, floribus pulcherrimis sese adornent,  
 postea vero pomis aureis onusta & locupletes,  
 eadem nobis tot manibus quot ramos habent  
 benignissimè offerant; ita tamen, non frondes,  
 nec flores, nec fructus in proprium ipsarum  
 commodum etiam minimum redundent, sed  
 omnia aliorum duntaxat utilitati plenariè ce-  
 dent. Verum quidem est, quod ovium greges  
 hinc se vestiant, eaque se totum à pluvijis, a  
 hinc quacunque aënis intemperie defendant  
 & vacatur, hanc tamen lanam veluti quod-  
 dam depositum nostrum sustinent, quod ad o-  
 mnes requisitiones nostram libentissimè cedunt.  
 Quam obsecro fineamenta rigidum collum  
 sumo duro iugo submittant, tamen inde ob-  
 duritatem & ponderositatem suam graviter mo-  
 ledantur, suamque indomitam indolem & phre-  
 nectiam per propriæ libertatis privationem, & sub  
 constantis ob indifferetæ rudis agricolæ manu si-  
 bi illatis puncturis in perfectam obedientiam  
 sine difficultate aut residentia ulla commutant,  
 dum se laboribus subsiciunt, & terram median-  
 te vomere in mille glebas sulcant, dividunt & e-  
 verunt, nihil eurantia quod per hoc propria pa-  
 sientia efficiant, dummodo auream nobis  
 molle & per terræ fertilitatē adsciscant? Quothor-  
 nos decurrat apis visitatē quot floribus liquorū  
 suavitatem delibat, eosdemque in alvearium  
 suum deferens per ingeniosum aris suæ magi-  
 strum in solum commodum nostru, in ceram &

mella nobis elaborat? Quot artificijs canoræ a-  
 viculæ nidos suos in texutū, sive in rupibus inter  
 spinas, sive in muris inter saxa & rupes, sive in ar-  
 borū culminibus adpugnandū cum ventis, plu-  
 vijis & tempestatibus, ibidemque; fœtus & partus  
 suos summo cum laboris impendio educant,  
 eosdemque deinceps in unius hominis solum  
 beneficium & commodum relinquunt, sive ut  
 illum cantu suo vivi oblectent, vel mortui ex-  
 quisitam delicati gustus humani cupiditatem  
 recreent. Optime igitur Poëta ille cecinit.

*Sic vos non vobis velleræ fertis oves;  
 Sic vos non vobis fertis aratra boves;  
 Sic vos non vobis mellificatis apes;  
 Sic vos non vobis nidifatis aves.*

Virgilius.

4. Otto Imperator (sicut Cornelio Tacito re-  
 ferenti credimus) priusquam ultimam vitæ suæ  
 periodum clauderet, de alia re nunquam gloria-  
 tus fuit, quam quod subditorum suorum sub-  
 diopariter & præsidio semper studuisset, tamen si  
 id non nunquam non nisi cum maximis incom-  
 modis proprijs facere debuerit. *Faciā ut omnes  
 intelligatis, quem Imperatorem elegeritis, qui non  
 vos pro se, sed se pro vobis dedit.* Adrian. Imp. in si-  
 gnis veit Principis Idea Senatoribus dicere sole-  
 bat: *Se ita gesturum principatum, ut sciret rem po-  
 puli esse, non suam privatam.* De Pilopide etiam  
 Imperatore legitur, quod cum conjux ejus eum  
 moneretur vitæ suæ curâ non negligeret, ideoque  
 super factis suis non nunquam accurate refle-  
 cteret, responderit: *Aliorum est vitam tueri, as  
 Imperatoris ex suis incommodis omnia Reipublica  
 parare commoda,* nimirum sciebat Principatum  
 nihil aliud esse (pro uti à sapientibus definitur)  
 quam curam quandam salutis alienæ, prouti  
 videre, est apud Ammianum Marcellinum lib.  
 30. *Nihil est aliud imperium, quam curâ salutis a-  
 lienæ.* Et quidem advertendum est, quod non  
 dicat Principatum esse curam salutis propriæ,  
 sed salutis alienæ. Atque ideo Plato Principibus  
 hoc post se monitum scriptum reliquit: *Non i-  
 gitur gubernator talis aut princeps, quid sibi conse-  
 rat, cogitat, aut præcipit, sed quid subiecto conducat,* Plat. l. 1. do  
*Et quæ dicit, quæque facit, cuncta ad illius utilitatē Republ.*  
*Et decorem. Et dicit, Et facit.* Justinian Impera-  
 tor hanc Principibus in dispensabilem legē con-  
 didit, ut scilicet oculum suum ad alienum potius  
 quam ad proprium commodum directum ha-  
 berent: *Quod communiter omnibus prædest hoc rei  
 privata nostra utilitati præferendū esse consensimus.*  
*Nostrū esse proprium subiectorum commodum Im Justinian.*  
*perator existimantes.* Adriano Imperatori inter Impo & po-  
 ca: nai. C. do

Cornel.  
Tacit.

Handwritten notes in the right margin, including the word "liberab" and some numbers.

Paulisti Quadragesimale



*e. disc. sole vand.*

*Dion ap. Nicol. Rens. elasi symb. 15. Sueton.*

cetera encomia hæc quoque dabatur gloria, quod sc. subditorum beneficio suam semper maiestatem impenderit? *Non mihi sed populo* administavit, dum cœnæ accubens recordaretur, quod ex defectu occasionis obviam nulli ea die beneficium se exhibuisset, cum non vulgari duplicitate, vehementer indoluit: *Recordatus quondam super cœnam, quod nihil cuiquam toto die praestitisset, memorabilem illam meritoque laudatam vocem edidit: Amici diem perdidit.*

5. Verum enim vero intellectus nostri alis ab imperijs terrenis, ad cœlestem monarchiam, Deum videlicet trinum in personis, utpote qui eœli terræque monarcha est evolemus; Hic cœntium non est totus sui ipsius tantum, siquidem si de operationibus quas Theologi actiones *ad intra* appellant, loquamur, Pater æternus prima persona sanctissima Trinitatis, semetipsum per actus intellectus intelligendo, producit filium, cui sola excepta Paternitate, totum communicat quicquid habet, essentiam nimirum, naturam, divinitatem, sapientiam, omnipotentiam, æternitatem, & omnia attributa. Pater item & filius se mutuo amantes, per actum voluntatis spirant Personam, Spiritum sanctum videlicet eidemque pariter essentiam, divinitatem, cum omnibus attributis & perfectionibus communicant, nihil sibi reservando, quam Pater Paternitatem, & Filius Filiationem. Imo Spiritus sanctus licet *ad intra* nec generando, nec spirando quidquam producat, *ad extra* tamen nobis fidelibus, & toti Ecclesiæ sua dona communicat (unde nomen habet, quo appellatur, *Dator munerum*) amorem scilicet, bonitatem, & gratiam, cum ipse sit ipsissima bonitas, gratia, & amor. Unde tres divina personæ, si de ijs quoad operationes *ad intra*, si de *ad extra* loquamur, continuo se personis precedentibus communicant, creaturisque viventibus benefaciunt; idque Deo adeo est connaturale, ut si ab hoc opere cessaret, Deus esse pariter desineret. Potius universum desinet esse, quam quod Deus, Deus esse cesset, adeoq; sicut Deus non potest non esse Deus, ita quoque Deus non potest ab eo desinere, ut sit universalis & particularis benefactor. Unde si aliquis diceret auderet, quod Deus cesset benefacere, diceret & ego quod Deus cesset Deus esse. Equis autem est, qui cum veritate dicere possit, quod Deus cesset, vel cessare possit Deus esse? Nullus utique; Igitur nec ullus invenitur qui di-

cere audeat, quod Deus ut Deus, si ut tantum in scientia, si ut trinus in personis nostris commotis non sit totaliter inextans. Benignus in hac materia tantam mihi loquendi libertatem minime vendicarem, nisi ob reverentiam obversarem illa Clem. Alexandrini doctissima (l. 8. Stromat.) cui innixus dixi quicquid hoc usq; audistis: Dicit enim: *Cum Deus sit simplex cessaret unquam benefacere, Deus quidem cessare esse, quod nefas quidem est dicere; idque quod operationes ad extra: si vero de operibus ad intra loquamur, sanctus quoque Zeno Vercensis (ser. in Genes.) latum mihi denovo campum aperit asserendi quicquid jam in insuetis: Hic est Deus noster, inquit, qui se dignus in Deum Hic Pater qui suo manente integro filio, rem se reciprocavit in filium, ne quid sibi deserviret. Quasi dicere vellet, quod Deo adeo propitius & connaturale sit se diffunderet, ut si ab hoc abstineret, & totum esse suum in semetipso contineret, videretur suæ excellentiæ cetero quodam modo derogare: Ne quid sibi deserviret.*

6. Sanctus Joannes Evangelista de quatuor conditionibus Dei nostri Regis gratia loquens, ipsum lucem appellat: *Hæc est annuntiatio quam audivimus à Deo, & annuntiamus vobis, quoniam Deus lux est.* 1. Jo. 1. & paulo post subiungit: *Et tenebræ eo non sunt.* At verò dicat aliquis, quid opus erat Joannes Deum hæc tenebris carere, esse expresse diceret? etenim si aliquid lucis generis inveniretur, quod tenebras secum conjunctas haberet, Apostolus utique causam aliquam haberet asserendi, Deum esse lucem sine tenebris: cum autem lux omne genus tenebrarum ab se excludat, superfluum esse videtur, dicere, quod *tenebræ in eo non sunt* ulla, quis enim est qui sciat, quod in luce tenebræ nullum omnino locum habere possint? Scio equidem quod lux & gnificet *affluentiam bonorum*, tenebræ accretum *afflictionum multitudine*, prouti interpretatur Gousshelius; atque ideo quis scit an Evangelista nobis insinuare non velit, quod in Deo omnia imaginabilia bona includantur, excludatur vero ab eodem quævis umbra quarumvis minima cujuslibet adversitatis? vel an non velit innuere, quod cum tenebræ imperfectæ omnem aliquam secum subinferant, unde dicitur: *Tenebræ erant super faciem abyssus.* Gen. 1. Ideo cum in Deo nullas inesse tenebras dicit, dicitur voluisse Deum perfectissimum, imo ipsissimum perfectionem in abstracto esse. Audiendo dicitur







Et ramentum Gabriel Archangel. Mariæ ex Dei nomine & voluntate præcepit, ut nomen Jesu ei imponeretur: *Et vocabis nomen ejus Iesum.* Id quod Angelus quoque; Josepho dormienti, apprensus prædixit, dum ait: *Et vocabis nomen eius Iesum.* Enim verò Paulus de Palatio hic subingrediens, horumque; duorum nominum *Emmanuel* & *Iesus* disparitatem acutè ponderans dicit: Si Dei Filius *Emmanuel* vocandus erat, uti vaticinatus est Iaias Propheta, cur postea Angelus tantam adhibuit industriam ad hoc, ut ei nomen *Iesus* imponeretur: *Quomodo conveniunt vocabitur, Iesus, & vocabitur Emmanuel?* Etenim utrumque nomen optimè convenit, quia *Emmanuel* idem est, quod *Nobiscum Deus* juxta expositionem omnium Patrum, & præcipuè S. Cyrilli Alexandrini, id est venit ad habitandum & commorandum nobiscum. Sed quomodo nobiscum commorabitur? Fortè ut nos judicet? ut cõdemnet? ut castiget? *Poterat plane* inquit Paul. de Palatio *esse nobiscum ad judicandũ nos, ad castigandum, ad perdendum;* at verò ut se ob neutrum horum finium in mendũ venisse subindicaret, sed potius ad benefaciendum nobis, ad gratias & beneficia nobis impertienda; ideo *Iesu* nomine insigniri voluit quod Salvatorem & Redemptorem significat: *Ipsè enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum;* quasi Angelus dicere velle: vult Deus ut Jesu nomen ei imponatur, ut omnibus manifestum fiat, quod ei proprium sit, non ad proprium commodum suũ, sed ad nostram utilitatem respicere: *Vocabis nomen eius Iesum,* ipse enim ad animas nostras redimerdas, proprii sanguinis monetam prodigere, & ad resarciendum damna nostra omnes facultates suas impendere, vitam quoque; suam ad nos à morte salvandos perdere non dubitabit. Pro cuius veritatis corroboratione optimè quadrat sequens Dionysij Carth. doctrina, dum ait: *Iesus interpretatur Salvator, ad insinuandũ quod ipse esset verus mundi Salvator, omnes in se credentes generaliter & complete, atque finaliter à morte peccati, interitque inferni eripiens, & ad felicitatem perduens.*

Infinita equidem à Salvatore nostro patra sunt miracula, siquidem leprosi fuere curati, illuminati cæci, mortui resuscitati, infirmi sanati, liberati ij qui à Dæmone fuere oppressi: at verò consideratione dignissimum est, quod ex hiscè curatis neminem ad suam sequelam admittere, vel inter Apostolos suos recensere voluerit, id quod maturam utiq; ponderationem meretur. Nunquid enim hic secum quaqua ver-

sum circumducti veracissimi esse potuissent, imo & tubæ admodum sonore quibus & jus devulgari & celebrari Divinitas potuissent, efficacia quoque; fuissent motiva, ut totius Iudæus ipsum Dei Filium esse credidisset & publicasset? Ad hæc multi eorum in signum gratitudinis, cum nequaquam volebant desistere, efficaciter ei supplicarunt, ut ipsos in suam levitatem dignaretur admittere, inalterabiles ipsi ad mortem usq; fidelitatem promittentes & tamè ipse in eorundem desideria condescendens minimè consentiebat. Quis igitur hoc spiritum non summè admiretur, idq; tanto magis, cum Zachæi, Publicani, Matthæi ulularij, imo, & ipsiusmet Judæi vii adeo scelerati & impij societatem non fuerit dedignatus? Quin in hoc facto ingens quoddam lateat mysterium, immo me dubito, licet id ipsum etiamnum penetrare nequeam; atque ideo, ut aliquid mihi lucem adfiscere valeam, ad Principem tenebrarum me recipere cogor, siquidem & umbræ pietatum claritatem magis magisque elucescere faciunt. Etenim primus insulcus, quem Dæmon in deserto Salvatori nostro inultus, fuit, quod etiam lapides in panes comutandos exhortatus, quasi dixisset: *Video te ò bone Anachoreta in hactremo omnis annonæ inopem & expertem, atque ex macilento vultu tuo, quam sis erga te ipsum austerus & rigidus facile conjicio, adeo enim ex diuturno jejunio extenuatus es, ut viva quadam asperimæ abstinentiæ effigies esse videaris,* atque ideo pietas me ad subveniendum necessitatibus tuis cogit; licet paupertas mea non permittat mihi alijs te muneribus quam horum lapidum honorare, quos in hiscè manibus meis collectos tibi attuli; Etenim passim in omnibus locis tu verus Dei Filius esse prædicaris, quod si verum est, facillimum tibi erit hinc lapides in verum panem convertere, quod ut facias tuæ; languentia membra hoc victu restitues etiam atq; etiam rogo: *Dic ut lapides in panes fiant.* Dominus autem oblatum hoc tibi à Dæmone donativum nequaquam gratum habuit, ideoq; & lapides in panes convertere petens renuit, dicendo: *Non in solo pane vivit homo.* Verum cur dæmonis petitioni non acquiesceret? Cur lapides istos, ut facere haud difficile poterat, unico duntaxat verbo in panes non converti formavit? S. P. noster August. Resp. *Non fuit de lapidibus panem, ut volumus, contra mortem creatoris.* Et S. Thom. id Christum fecisse dicit ad movendum hominẽ, *ut nihil faciat ad arborem*

D. Cyrill. t. 3. de Incar. c. 2.

Matt. c. 1.

Dionysius Carth. in c. 1. Luca. art. 7.



Diaboli. Enim verò horum SS. resolutiones debita cum reverentia veneros, tamen alteri causam ab aliquo moderno Authore tradita: opinionem utpote præfenti proposito meo conveniunt ad hæreficam, dicitur igitur Author ille, quod si Christus miraculum patrasset commutatio lapides in panes, id utique in suam gratiam commoditatem patrasse cenferi potuisset, quod hominis, non vero Dei opus est, Si pro sui gratia & satiatione miracula & mirabilia faceret, non Deus, sed homo apparet, cuius proprium est suam suam potentiam in suorum utilitatem convertere. Porro si Christus illos quos sanitati miraculo se restituerat in suorum Apostolorum vel discipulorum numerum adoptasset, videri potuisset miraculum istud non tam pro illorum infirmitatis utilitate, quam propter semetipsum operatus fuisse, quasi scilicet illos curasset, ut iis veluti divinitatis suæ testibus quovis in casu obvio uti posset. Unde videtur dicere voluisse, ut videretis hanc nequaquam meam intentionem fuisse, sed hanc me solam spectare, ut vos ea, quam vobis gratis restituo, sapienter perfrui valeatis, nolo vos in una mecum societate aut Collegio habere, ab itote igitur & alium quemvis bonum pro libitu vestro consecutemini. Christus enim sanavit eos, quos curavit, voluit habere discipulum, quemvis aliqui id rogaverint ut suis illis, a qua Legione demonum expulerat, nec voluit nisi sua commodà querere, sed nostram utilitatem. Cum tempus & hora qua Filius Dei Redemptionis totius mundi ultimam adhibiturus manum erat, in propinquo esset una cum discipulis suis, in horum Gethsemani se recepit, in quam solitudinem cum pervenisset, à discipulis suis se non nihil subdicens, hanc ad æternum Patrem suum orationem effudit: *Pater mi si possibile est transseat à me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu*, quasi diceret: non secundum voluntatem meam sed secundum voluntatem Patris, quæ secundum naturam humanam est infirmam, exponit Origenes. Verum dicat hic aliquis, nec immerito, quod si te ò Domine tormenta contri- stant, si decerent dolores, id est que velut ad flagella sustinenda bibendum que amarum. Passio- nis calicem in vultu dicit: *Transseat à me calix iste*, compulsa voluntatem Patris tui adimpleri petis? Respondet Dionys. Alexandrin. in cat. D. Thom. ubi supra *Perfecit enim voluntatem Patris, quam ipse servavit, petis fortiri esse etiam, quæ eadem est, & sua secundum Divinitatem.* Unde quot quot ad cruciatibus succumbunt, & ab infirmi- tibus angustiantur, ab hoc Christi factò di-

scant, in omnibus ad verforum obviis casibus, divinæ voluntatis manibus sese committere. Unde Beda in cat. D. Thom. ubi supra. *Appropinquans etiam Passioni Salvator infirmatum in se vocem sumpsit, ut cum hoc immineret, quod fieri volumus, sic per infirmitatem petamus, ut non fiat quatenus per fortitudinem parati sumus, ut voluntas conditoris nostri, etiam contra nostram voluntatem fiat.* Verum enim vero aliam resolutionem quandam, proposito nostro valde accommodam, quæ ex Origene deducitur, vel imauscultatis: Quod si adimplera fuisset voluntas Christi, adeo ut calicis & mortis amaritudinem non ebibisset, id utique in utilitatem & commodum ipsiusmet Redemptoris redundasset: e contra vero per executionem voluntatis paternæ, magna in nos salutis nostræ utilitas & commodum resultabat. *Non mea voluntas, sed tua fiat.* Quod idem erat, ac si diceret. Tua voluntas ò Pater celestis, voluntati meæ longe anteponat. Veniant proinde super me flagellorum tempestates, dummodo super homines depluat acceptabilis, dummodo super sanguinis mei procelloso mari libenter naufragabor, dummodo fidelium meorum animæ ad æternæ salutis portum securè perveniant. In probrosam libens mortem me offero; in aspero Crucis ligno velut alter quidam Pelicanus cruentari non formido, dummodo sanguis & mors mea vitam docent generi humano. Fiar igitur, fiat, fiat voluntas non mea, sed tua, videns quanta utilitas totius mundi esset futura per passionem ipsius, dicebat sed non sicut ego volo, sed sicut tu. Concludit Origenes in capite 16. Matth. in cat. D. Thom. folio 101. Et Pater Stella patitur hanc fuisse Salvatoris voluntatem subjungit, ut voluntas Patris adimpleretur, ut vel sic mundus totus cognosceret, quod nostra commoda propriis anteponat, nostrumque bonum apud ipsum suæ utilitati longe præponderet: *Non, inquit, Pater fiat hoc, quod loquor secundum carnis naturalem inclinationem, sed, inquit, fiat id, propter quod me misisti, redemptionem scilicet humani generis, ob quam ego à tuo excelsu sinu in hoc solum descendi.* Didacus Stella in capite vigesimo secundo Lucæ.

11 Christus in ligno Crucis clavorum remis, & humanitatis suæ velo ab impetuoso Pharisæica perfidia vento nunquam dilacerato instructus in proprii sanguinis mari navigabat, seu potius naufragabatur, adeo ut cum Prophe- ta dicere potuerit: *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me; id est, seditiosa commotio*

Luce. 6. 22.

Handwritten notes in the right margin, including the word "Luce" and some illegible characters.



D. Athan. Iudeorum (ut sanctus Athanasius explicat) de-  
id. fol. 218. *mersit me in mortem & exiit.* Crucifixores  
quidem qui ipsum ad *Nihil plus ultra* miseriarum  
reductum esse videbant, palam clamabant de-  
cretum sibi esse ut ipsum verum Dei Filium esse  
crederent, si a vultis à Cruce manibus descende-  
ret, seque liberaret. *Si Rex Israël est, descendat nunc*

Matth. 27.

*de Cruce. & credimus ei, quasi dicerent: Tor alias  
miracula petavit, milleque se Iudeorum Re-  
gem esse professus est, nunc si libet, aut potest, a-  
iquid veritatis huiusmodi specimen edat, manus  
sedesque suos è clavis absolvat, absque ipsum  
veluti Regem nostrum adorabimus: Veruntam-  
en Christus in miraculi istius petitionem  
consentire nequaquam voluit, licet id facere si-  
ne ulla difficultate posset, ex quo enim Deus e-  
rat pro libitu suo, quicquid volebat, facere pote-  
rat, adeo ut omisso illius miraculi ejus impo-  
tentia nequaquam debuerit attribui.*

Raban.

Maur. in  
cat. D. Th.

Christum in petitionem ipsorum de-  
scendere noluisse existimat, ut nobis tam in suf-  
ferendis iniuriis, quam Crucis clavorumque do-  
loribus, patientia exemplum exhiberet: di tunc  
de Cruce surgeret insultantibus cedens, virtu-  
tem nobis patientia non demonstraret, sed ex-  
pectavit paululum, irrisionem sustinuit. San-  
ctus Hieronymus in Cat. Divi Thom. ubi su-  
pra dicit Christum utpote infinita sapientia  
præditum, clare cognovisse, quod licet miracu-  
lum istud ipsi sollicitantibus realiter operatus  
fuisset, ipsi tamen ob hoc nequaquam ei fidem  
adhibuituros fuisse, id quod ex Resurrectionis se-  
quela manifestè colligit, nam cum illum nolue-  
rint credere sepulchro fuisse resuscitatum, mul-  
to minus ipsum de Cruce descendisse credidisse-  
rent. (Quid enim plus? de Cruce adhuc viven-  
tem descendere, an de sepulchro mortuum resur-  
gere? Resurrexit & non credidistis, ergo etiam si  
de Cruce descenderet, non crederetis. Omnes hæc  
rationes optima sunt; veruntamen videtur Christum  
hac in re Pompeji imitari voluisse. Referunt etenim  
Historia quod dum urbs Rom. quondam ab  
omni fuisset alimentis genere exinanita, ideoque  
euntes cives gravi fame angustiarentur; Pompe-  
jus tandem totius urbis ærumnis intime com-  
patiens personaliter eo proficisci decreverit, ubi  
se pro urgentis necessitatis remedio aliquam  
in granis aliisque victui sustentando necessa-  
riis alimentis provisionem facturum esse cre-  
debat. Vix autem navigium ingressus fuerat,  
cum ecce turbatum mare minitabatur tem-  
pestates; Navarchi itaque operibus viribus

iter istud Pompejo dissuadere nitentibus, ut  
quod imminens naufragii pericula nimis cre-  
dencia erant. Ipse autem vitam suam nihil si-  
citas, sed commune patriæ bonum ob oculo  
positum habens respondit: *Vi navigium, no-  
get necessitas, ut vitam non urget: Myrica  
etenim Pompejus nosse mare Pailionis in Li-  
gno Crucis lux navigabat, cui tum solis de-  
quium, Lunæ obscuratio, & tertæ horribilis  
tremor quid aliud quam mortis naufragia com-  
minabantur. Hebræi imitabantur Pompei na-  
varchos, siquidem Filio Dei ut de Cruce de-  
scenderet speciosis adhibitis promissis petende-  
re conabantur; Veruntamen ipse videbatur de-  
cere: *Vi navigemus, urget necessitas, ut vitam  
non urget.* Verum quidem est, quod mare  
Pailionis non enavigando, & descendendo de  
Cruce vitæ suæ consulere & mortis naufragia  
evadere potuerit; attamen nostras necessitates  
considerans dicere videbatur: vitæ pericula &  
mortis naufragia nihili facio, dummodo huma-  
nis miseris exinde subveneri videam. Libenter  
igitur moriar, ut aliis vitam procurem: *Ni-  
luit descendere, ne descenderet sibi, sed mori-  
sur mihi:* ait sanctus Bernardus. Sed quid  
hac in re multum miramur? Nunquid heri-  
erat? *Eccæ Rex tuus,* igitur vitam suam pro  
suorum salute mortis exitio exponere debuit.  
*Venit tibi & non sibi.**

12. Pilatus super caput Christi hanc inscrip-  
tionem reponi præcepit; *Hic est Rex Iudeorum.*  
Veruntamen modum velim, quo Evangelistæ  
hac de re loquantur, observetis. Sanctus Mar-  
thæus dicit: *Et imposuerunt super caput ejus  
causam ipsius scriptam,* Et sanctus Marcus: *Et  
erat titulus causa ejus.* Enim vero Pilatum om-  
ne profus cerebrum & memoriæ amissis  
necessario dicendum videtur. Ipsenamque ante  
expresse protestatus est, quod nullam in  
Christo pro ejus condemnatione causam inve-  
nisset: *Non invenio causam in hoc homine.* Quod  
si verum est, quomodo igitur iustam conden-  
nationis suæ causam publico scripto capite Cru-  
cifixi superimposito profiteri audeat? *Proferunt  
causam.* Præterea ex quo in conspectu totius  
populi manus suas abluens eum declaravit  
innocentem, ipsos vero Iudeos iniquos &  
malevolos: *Innocens ego sum à Sanguine ipsius  
hujus.* Unde igitur nunc hujus Crucifixionis  
causa emanare potuit? Num forte insultatio  
circa Crucifixi personam iterato examine,  
aliquem in ejus vita nævum invenit? *Mis-*



ne genitum; Neque enim reprehensibilis esse potest, quia vita sua est infinite perfectus, & in conciliis actionibus suis optimè regulatus. E-  
nimvero Auditorio omnino credo Pilatum ad hanc inscriptionem erigendam concurrisse ve-  
luti instrumentum quoddam, ipsummet vero Deum in hac actione fuisse principale agens. Ac  
proinde si bene consideretis, videbitis, quod Evangelistæ non referant ita: *Posuerunt causam  
mortis, sui criminis*, quod falso ei imputare  
conitebantur, sed *causam ipsam*, quasi cau-  
sa mortis eo esset, & ab eo dependeret, non  
vero ab aliquo dicto vel opere malo. Verum  
viteamus obsecro an eandem invenire possi-  
mus. Tomo T. status 3. Regum 1. quat. 23.  
nec, quod electiones Regum quæ in ven-  
turi Testamenti fiebant, solitæ fuerint in-  
firmi per coronam juxta Lauros vel fontes  
factas inunctiones: (Unctio vel coronatio  
Regum fiebat apud fontes? Ita enim de  
Adonia, Salomone, Abimelech, & aliis  
legitur eos juxta fontem Rogel & Siloe,  
& arbores Sichem inunctos fuisse. Quæ-  
nam sunt hæc extravagantes Ceremoniæ,  
æquæ illa Regis unctio melius in Palatio Re-  
gis, vel in platea publica, in foro, vel Templo in-  
strui poterit? Imo vero pro hac Ceremonia  
adhibenda, nullus reperitur opportunior locus,  
quam qui est juxta fontes & arbores: *Fons dicitur  
in fundendo, & fontes perenni aquarum gurgite  
in munditiam terra deterrunt; Arbores vero  
omni fructuum ubertate, verumetiam viridi  
æternam pompam utilitati hominum servant. Un-  
de hocce fontes & arbores Regibus insinua-  
nt, quod subditorum, non vero propriæ atten-  
dere debeatur utilitati, nimirum veluti arbores in  
commodum aliorum producendo fructus, &  
tanquam fontes gratiarum suarum aquas ad  
subditorum utilitatem seaturiendi. Enim vero  
Christus Rex erat: *Eccæ Rex tuus*, & tanquam ta-  
lis publice declaratus fuit in titulo Crucis J. N.  
R. I. neque ideo ut tanquam antiquæ responde-  
ret consuetudini, mortuus est in arbore Crucis,  
hæc quinque sacratissimorum vulnere suorum  
fontes, quibus sanguinem manabat. Age-  
dem igitur, dicit Deus, lesibatur super caput ipsi-  
us crucis cur moriatur, Equænam illa? *Rex Ju-  
deorum*. Quia enim Rex erat Judæorum, imo  
totius mundi absolutus Monarcha, ideo no-  
tizam salutem propriæ vitæ antepone, & Cru-  
cis tormento libenter sustinere debuit, ut per  
suos dolores nobis lætitiâ & gaudium pare-*

ret: *Hac totius causa, suo mortu Christi summa est, Anton. Va-  
quod Rex hominum sui quod perinde est, ac si dica- lasque in-  
tur: Non à febrî, non à senio, non ab hominum odio, Psal. 100.  
non à criminis pœna, sed à Regia dignitate mortu i Amot. 21.  
cum accepit, ut Principi munus & partes undequa- num. 2.  
que impleat, Verè igitur regio modo se habuit.*

13. Salvator noster post obtentas victorias,  
omnesque mundi & inferni inimicos subjugatos,  
& in suprema Paradisi regia triumpharet, ma-  
gno omnium sanctorum Patrum, quos è limbi  
carcere libera verat, comitatu stipatus, gloriosus  
& immortalis in Cœlos ascendit, idque tanto  
cum splendore, ut quamdiu Cœlum Empyre-  
um steterit, ingressum majore cum pompa & so-  
lemnitatis splendore institutum nunquam vi-  
derit, nec deinceps visurum sit, quod ut credibile  
fiat, hoc solum dicere sufficiat, quod gloria ap-  
paratus talis fuerit, qualis ipsum Dei Filio de-  
bitus erat. Inter tot autem illius triumphum ma-  
gnificos apparatus unum solum est, quod vehem-  
enter obtupefecit, scilicet quod curus trium-  
phalis quo subvehebatur, nubecula quædam  
fuerit: *Et nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Mira  
profecto res quod in solemnitate quadam longè  
maxima, pro incomparabilis Majestatis thro-  
no nubecula quædam adhibeatur? Verum qui-  
dem est quod nubes aliqua à splendoribus irra-  
diata adeo sit venustis coloribus tincta, tamque  
venustam sui speciem oculis imprimat, ut ocu-  
lus illam potius ex solido, puro, purò que auro  
factam quam deauratam æstimare possit. At ve-  
ro tandem vapor quidam est terrenus, qui quo-  
ad sui venustatem nil præter apparentiam ha-  
bet; unde satius mihi futurum fuisse videtur, si  
Angeli Cherubini & Seraphini sibi mutuo inno-  
xi, chlamyde auro, gemmis & unionibus ador-  
nata amicti, plumis atreis atque caruleis inter  
se alternantibus alati, sese congruo ordine divi-  
sos partim scabelli loco plantis Salvatoris sub-  
sternerent, partim vero ex utroque latere per  
modum fulcrum eum sustentarent; cur igitur  
loco curus adhibere nubeculam voluit? *Nu-  
bes suscepit eum?* Aliqui respondent, factum id  
esse, *Ut omnis creatura suo famularetur creatori.*  
*astra nascenti & morienti, nubes ascendenti & ad  
judicium redeuntis.* Durandus hunc passum expo-  
nens, per nubem gratiam divinam moraliter  
intelligit, sine qua nec ad lucrum meriti,  
nec ad conscientiam gloriæ in altum elevari  
possumus: *Nubes significat gratiam, quia sine nu-  
be sine gratia nullus potest ascender e, etiam Chri-  
stus secundu quod est homo, & hoc significat nubes, in ras. div.*

Autor. A.  
post. c. 1.

Ioannes  
Gagneux  
ibid. f. 354  
col. 1.

Guil. Du-  
rand. in  
ras. div.



offic. lib. 6. qua ascendit. Oecumenius autem dicit, quod Christus usus est nube tanquam vehiculo, quia us ap. Petrus Dominus. Veruntamen Phrasin hanc vel loquendi modum nequaquam intelligo. Imo potius dicendum mihi videretur, quod quia Dominus est, conveniens fuerit, ut Thronus ejus pro majori honorificentia majori quoque Majestate resplenderet. Veruntamen quid hac in re tandem conceperim attentius auscultare. Sanctissimus Carmeli Patriarcha Elias una cum discipulo suo Eliseo procul à Jordanis flumine obambulans de variis rebus, quas imminente hoc ejus discessu occasio suggerebat, sermones inter se miscabant, cum ecce ex improvviso, duos flammivomos equos cursores currum igneum post se trahentes venientes vident. *Ecce currus igneus, & equi ignei diviserunt utrumque.* Unde Elias absque ullo flammarum metu currum conscendens translatus est in Cœlum: *Ascendit Elias per turbinem in Cœlum.* Elias igitur in curru igneo subvehitur. Redemptor noster autem nube loco currus utitur. O quam pulchrum mysterium,

4. Reg. 2.

Oecumenius ubi supra.

Io. de Sybo Carmel. Tom. 1. lib. 2. c. 1. qu. 20. num. 82.

Matth. 5.

*Nube tanquam vehiculo usus est Christus, quia Dominus, Elias vero igne, quia servus.* Ut verum fatear nondum idipsum intelligo, neque mysterium quod in duabus hisce Scripturis adinvicem collatis lateret, adeo facile patefceret, nisi prius quænam sint ignis & nubis proprietates dispiciamus. Ille omnia consumit ad semetipsum conservandum, quod utpote vile & abjectum ad servum spectat, nubes autem in semetipsa evanescit & disparet, in pluviam commutata terram fecundare possit, quæ actio generosa & nobilis ad Dominum pertinet. Unde ut Filius Dei nobis indicaret, talem fuisse ejus erga nos conditionem quamdiu in hoc mundo nobiscum fuit, in vehiculo quodam ex nube lucida efformato in Cœlos ascendit, *Hæc est ingenua natura Christi Salvatoris nostri in documentum. cum optimi Regis, ut seipsum morti subiciat, ut non bis vitam largiatur.*

14. Enim vero continuatio politicæ istius Redemptori nostro adeo cordi fuit, ut eam ipsis quoque Apostolis persuadere voluerit, ut hi eandem executioni mandarent, traderentque aliis, tam pro subditorum utilitate, quam pro majori gloria superiorum. Atque hinc est, quod cum Apostolis loquens iisdem dixerit: *Vos estis lux mundi, & vos estis Sals terra.* Verum iniquis, nunquid fuissent digniores tituli, & nomina excellentiora, & muneri Apostolico incomparabiliter magis correspondentia, si illos appellasset ædificii Ecclesiastici fundamentales lapides, vel inæstimabilis valoris & pretii gemmas in Paradisi ornamentum adhibendas; aut si alius simile metaphora auri & argenti nimirum metallorum, charitatem erga proximum, misericordiam vitæque integritatem significantium & quælibet quod ad salis nomen attinet, cum sancto Gregorio responderi posset, quod *Cibus Dei præcipue condimentum Sacerdos*, vel cum sancto Hieronymo: *Quia per illos univrsam hominum generam conditur.* Id quo sancti Patres, Paschasius, Hieronymus & Augustinus pariter confirmant. Alii dicunt quod per salem discretionem intelligi voluit, fundantque se super illa sancti Pauli verba: *Omnis sermo vestester Sals conditus sit, id est, habens discretionem in operibus vestris; Et cum multa virtutes ad Prælatos pertinent discretio maxime est necessaria.* Quod vero ad Lucis titulum attinet, *Vos estis Lux mundi*, dici posset Christum eos hoc nomine appellasse, ut per doctrinam illuminarent, atque in amore arderent. Ita ansbertus ait: *Dominus Apostolis suis dixit: Vos estis Lux mundi, qui videlicet non solum lucent, sed & radiant, quia verba eorum Lumen Scientiæ sunt, & amoris incendium præbent.* Sanctus Augustinus subjungit Christum instruere voluisse Apostolos, quod post illuminatas hominum mentes, in eosdem in super salem seminare debeant, ut ignorantia tenebræ & peccatorum vitæ nuncquam in iisdem exercebere possent, cum peculiaris salis proprietas sit, quod terram, in quam seminatur, sterilem efficiat, (Apostoli sal & Lux; postquam enim aliquos illuminaverint, eos in bono proposito debent servare, & vitæ vitiorum extinguere, & omnem extirpare carnalitatem. Alii tandem ad præsens nostrum propositum opportune respondent, quod sal & lux non ad proprium, sed aliorum commodum & beneficium deserviant, lux enim non semetipsam, sed alios illuminat, & sal non ad sui ipsius, sed ad ciborum condimentum deservit: (Apostoli stoli dicuntur sal & lux: nam hæc non sibi, sed aliis suos præstant effectus: Sal non seipsum condit & saporat, sed alios; Lux non seipsum illuminat, sed alios.) Per quod Filius Dei Apostolis demonstrare voluit, quod hujus quoque conditionis esse, eandemque superiorum subditorum regimini destinatorum pectoribus insculpere debeant. (Verus Prælatorum Ecclesiasticus non suis commodis sit intentus, sed aliorum utilitati consulat: non sit opportunari est dandi, sed totus aliorum emolumentis natus.



17. Iſaias Propheta futuram, quæ in nos per  
 veracis Meſſiæ adventum redundatura erat, pro-  
 ſperitatem & felicitatem prædicens, ærumnas  
 poſitas per omnis generis conſolationes, nec  
 non per omnium bonorum ſpiritualium & cor-  
 poralium copiam compenſandas eſſe dicit: *Mamilla Regum laſtaberis, & ſcies, quia ego Dominus*  
*ſervatus tu.* Sanctus Cyrillus, Hieronymus, Pro-  
 copius, & Oleaſter hunc paſſum ita exponunt.  
 Et ſepetiſſima Interpretes clariſſe idipſum de-  
 clarant, dum legunt: *Dicitur Regum comedere.* Et  
 eam cauſam hoc loco ſcire deſidero, cur Pro-  
 pheta felicitatem nobis obventuram eſſe aſſe-  
 rat, velut Lac, quod è mamillis matris alicujus  
 exprimitur? Lac enim ſtillatim & guttatim es  
 guntur ab ubere, unde Propheta innuere velle  
 videtur, quod Salvator noſter non copioſus &  
 ſtenditſus futurus ſit in donando, ſed ſatis te-  
 nar & paucus, ac proinde meo iudicio aptius lo-  
 carus fuiſſet Propheta, ſi dixiſſet, quod dum nos  
 per immenſam felicitatem locupletare nititur  
 brevis captivitas imitator exiſtat, qui aquam  
 hanc per milleſena ora copioſe ſaturat, vel quod  
 ſi ſicut rorens, qui ex uno loco ad alium in  
 brevis plenitudine decurrit. Quid igitur ſan-  
 ctus Iſaias per metaphoram ab ubere expreſſi la-  
 ctis nobis indicare ſtatuit, dum ait: *Mamilla Re-  
 gum laſtaberis.* Vivit Deus, quia nullum hoc gra-  
 tum è felicitas novum audire poteramus: Felix  
 enim eſt illa Republica, quæ à Principe ſuo,  
 non matre tractatur, quæ lac filiis ſuis præ-  
 bantur: ſunt gentes illæ, quæ Dominum  
 quædam habent, qui ſubditos ſuos velut ma-  
 mamillam tractat, quæ famelico infanculo  
 lactem miſtrat. Mamilla namque lac non ſibi,  
 ſed aliis conſervat & retinet, id eſt, ad teneam  
 nutrimentum nutrimentam, & ſuſtentan-  
 dam. Lac eſt in mamilla non ad propriam ſuſtenta-  
 tionem alimentum habere, ſed ad alterius nutri-  
 mentum. Joannes Sylveria Carpelitanus. To-  
 mo. 2. libro 4. cap. 11. quæſt. 9. num. 130. fol.  
 36. col. 2. Ecce igitur hic tibi revelatum Iſaiæ  
 ſententiam, dicere enim vult: Tu, ô homo, habitus  
 es Regem, qui nihil de tuo ſibi vendicabit,  
 ſed omnem ſuam facultatem atque ſubſtan-  
 tiam, imò ſemetipſum totum & totaliter tuis  
 commodis impendet. Id quod Propheta de no-  
 vo confirmavit, tunc quando urbi Sion congra-  
 tularis, omnes quoque Sionis filias ad ſecum  
 congratulandam invitabat, dicens: *Dicite filie  
 Sion: Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.*  
 18. Etenim quam graves diſſicilesque rationes  
 Reſerti Quadrageſimalis.

Deo Principes illi reddere debent, qui in ſuo re-  
 gimine contrarium faciunt, qui impoſitionibus  
 & gabelis ſuis pauperulos ſubditos ſuos ad e-  
 nervant & excoriant, ut illos fame enecari nihil  
 curantes panem ab iſdem ſudoris ſui moneta  
 comparatum ab ore eorum eripere non eru-  
 beſcant, imò ſi poſſibile eſſet ſanguinem expri-  
 mere, & cupiditatis ſpongia ab illis tollere vel-  
 lent. Verum quidem eſt, quod ſubditi decorum  
 Principis ſtatim ſuſtinere & conſervare obli-  
 gentur (loquor cum debito reſpectu ut bonos  
 ſemper ſalvem) non tamen effraſes eorum  
 diſſolutiones, non ludos & jocos qui  
 diu noſtque durant, in quibus ut pluri-  
 mum, quod Principes perdunt, ſubditi ſol-  
 vere coguntur. At verò DEUS qui deſurſum  
 omnia diſtinctè videt, tandem crudelitatem  
 eorum abbreviando illis vitam, eòſque ad  
 reddendas de malè partis rationes evocando,  
 compenſabit. Porro qui ſunt ejuſmodi, in  
 eorum numerum reponi poſſunt, ne quibus  
 Petrus Damianus Cardinalis ſcripſit: *Omnes Petrus Da-  
 præſſe inhiant prodeſſe nulli.* Quos proinde ſan-  
 ctus Antonius de Padua optinemonet, ut reſ-  
 ſola 2. li-  
 ditus ſuos, ſaltem eos, qui ſuperabundant, aut  
 ſuperfluunt, eo modo adhibere & impendere  
 ſtudeant, quo in ſubditorum proventum redun-  
 dent: (Regiæ Principi redditus & veſtigialia  
 dantur, non ut ipſe ſibi indulgeat, & lautè com-  
 edat, ſed ut in populum diſfundat, ut omnes  
 ſint ſaturati.) Ipi autem omnia ſibi & in com-  
 modum ſuum habere ſubjectumque ſibi popu-  
 lum volunt ut mancipia carenæ habere alliga-  
 tum, hominū ingenio & aſtutia pollentium ſin-  
 gularem delectum inſtituunt, ex iſſique congrega-  
 tiones ſæpe & collegia convocant, non tam  
 ut in iis de bono Principatus regimine conſilia  
 agitent, quam ut de modo quo aurum ex ſubje-  
 ctis ſtatibus elicere & exprimere poſſint. illa ni-  
 mirum Hortulanorum regula utentes, qui ra-  
 moſignobiles arboris præſcindunt, ut principa-  
 lem arboris truncum conſervent, & in altum ex-  
 creſcere faciant. Verum quidem eſt, quod in ali-  
 cujus Reipublicæ corpore myſtico Princeps ca-  
 put exiſtat, nos verò corporis illius membra ſi-  
 mus. Unde Seneca Epiftola 25. *Membra ſumus  
 corporis magni, natura nos cognatos fecit.* Neque  
 dubium eſt quin membra, verbi gratia, manus  
 vel pedes in caſibus obviis capiti peri-  
 clitanti ſubveniant: at verò æque etiam in-  
 dubitatum eſt, quod caput reciproce mem-  
 bris influentiam & vitam participare debe-  
 at.

Handwritten notes in the right margin, including the word "licet" and some numbers.

D Anton. Pliſſipp. ſerm in Do- min. 4. poſt Pent.



at. Hi autem pulchrum hunc naturæ ordinem  
 scilicet de quæ subvertunt, dum sibi & in suum  
 commodum cuncta prospere fluere desiderant.  
 Hi profecto sibi metipsis profusè dissimiles exi-  
 stunt, nec quicquam Principis præter solum  
 nomen obtinent: imò nec nomen quidem Prin-  
 cipis merentur, utpote quibus Tyranni nomen  
 aptius convenit: Principis alicujus dextera  
 (dicere solebat Hildebertus) non tam de sece-  
 pro, quàm de collato subditis suis subsidio glo-  
 riarî debet: *Regia manus melius donaturo, quàm  
 scepro splendat.* Liceat porro mihi aliquod ex  
 illa Theodorici apud Cassiodor. libro tertio, Es-  
 pistola undecima, sententia, formare argumen-  
 tum: Hic enim breviter dicit: *Quid enim tam  
 regium, quam fecisse felicem? Suos etenim felicita-  
 re actio vere regia est, Cum igitur Oppositorum sit  
 eadem disciplina, clare liquet, quod emungere  
 sanguinem & vitam, subditis quoque in extremum  
 miseriarum fundum redigere proprium sit Ty-  
 rannorum. Vobiscum ô superiores, qui Imperii  
 limites in vestra manu tenetis, loquitur Cyillus  
 Alexandrinus in lib. de recta Fide ad Theodos.  
 dum ait: Vos etenim terreno fastigio superiores am-  
 plissimarum dignitatum fontes estis: Vos humans  
 felicitatis principia, & origines. Fontes etenim  
 esse debetis & mineralia, ut sicut subjecti vos  
 bis populi beneficiorum aquis irrigare, & auro  
 pariter & argento locupletare satagatis. Tales  
 inquam esse deberetis: sed contrarium omnino  
 facitis, de quibus merito proinde affirmari po-  
 test, quod Ecclesiasticus breviter insinuat dum  
 ait: *Pascua suis divitum pauperes.* Scio equidem  
 me hoc in loco loqui ad illos à quibus non in-  
 telligor, siquidem nec Principes nec Reges hoc  
 in loco præsentis auditores habeam: fieri tamen  
 nequit, quin saltem tales præsentis sint, qui  
 vel communitates aut familias gubernant, vel  
 saltem Principis personam sustineant aut sup-  
 plant. Apud mortalem Senecam proverbium  
 quoddam erat, quo vitam hominum piscium  
 vitæ similem esse dicebat: *Hominum vita piscium  
 vita.* Sed in quonam puncto similitudo isthæc  
 consistit? Dicit idipsum sanctus Basilus: *Ma-  
 jor pars piscium alter alterum devorant, & minor  
 apud illos esca majoris est. Quid igitur nos homines  
 aliud agimus, cum vim inferimus inferioribus?  
 Quid igitur facimus in potentatibus super inferio-  
 res constitui.**

Seneca  
 Epist. 91.  
 D. Basil.  
 hom. 7. in  
 Hexam.  
 f. 27. co.  
 2.

17. Quam existimatis causam esse, quod  
 spinetum vel rubus ad regiam super omnes  
 arbores dignitatem furcit evertit? Nunquid

huic dignitati aptiores fuissent, Pinus, Cedrus,  
 Cypressus, Quercus, Malus & c. Nunquid rubus  
 omnium est plantarum vilissima? Verum ille qui  
 dem est, veruntamen inter omnes arbores ma-  
 est quæ conditiones & qualitates Principum  
 adeo vivaciter & proprie exprimat, sicut rubus  
 Viæ proximus afflatur, nec ullus eidem appo-  
 pinquat, quin memoriale aliquod ab eodem pro-  
 cipiat, Chlamydem ex humeris tibi detrahentem  
 & nudum relinquentem, nisi reniteris, sed qui  
 id non obtinet, ideo ut saltem partem aliquam  
 obtinere valeat, vestem tuam dilacerat: *Etiam  
 conjunctionis prætextu, ejus vestem, qui sit ad-  
 ret, prædit, ac sibi retinet.* Explicat quidam Mo-  
 dernus. O quot ex vobis qui me in præsentia loci  
 auscultatis in meum favorem libenter loquuti  
 mini, si locutum esse prodesset, & nisi verba que  
 è metuloso ore proeiecerunt, retrosum agerentur.  
 Hi rubi, hæc spineta omnia sibi attrahunt  
 velut inutilia ab hoc mundo per mortifican-  
 tem ex improviso extirpantur, & in falcatu-  
 lum collecta, in gehennæ igne æternum concoco-  
 mabuntur. Verum hæc enim hæc de re multa lo-  
 cutus à me dicta fuerunt, licet sine ullo fructu, hoc  
 tamen ad minus me consolatur quod per ea  
 quæ dicta sunt meo muneri utcumque satisfecerim.  
 Enim vero quod si vos damni à Principibus  
 & magnatibus pauperibus illata aliquam  
 rem ratione per Eleemolynam relaxare sataga-  
 tis, pauperum oppressores magno more conam-  
 detis, eorumque vulvrum verecundæ larvæ su-  
 perinductis, ac proinde, ut id liberaliter faciant,  
 vos etiam atque etiam obtestor, quantum enim do-  
 li à Deo habituri sunt supplicium, tantum caræ-  
 que excellens vobis retribuetur præmiu.

PARS SECUNDA.

18. Zacharias Propheta qui solemni in gub-  
 lum, quem Rex gloria in Jerosolymorum  
 urbem hodierna die facturus erat, longe ante  
 prævidit omnes Stonis & Hierosolymorum  
 virgines ad congratulandum & congratulandum  
 invitavit dicens: *Exultate satis filie Sion, jubilate filie  
 Jerusalem: Ecce Rex tuus venit sibi in manibus pa-  
 stus, & Salvator.* Multa quidem sunt rationes  
 quæ non solum Hierosolymam, sed & universum  
 mundum ad jubilandum & exultandum  
 movere debeant. Primo quia Regem justum ho-  
 bituri dicuntur, qui scilicet nulli gravi sit furor  
 rus aut molestus: futuris que sit adeo erga sub-  
 ditorum salutem affectus, ut ad eos salvandos



viam suam perdere aut prodigere nihil astitit. Unde Paulus de Palatio ait: *Veniens Dominus super Asiam, venit passurus, & pro omnibus interficiendus, ut omniū salutem capere desisset.* Veruntamen omnino exitimo præcipuum exaudem jubilandi motivum esse, quod taliter talem effectum habuit: sicut lamentandi causam, nam quæ hanc habituri sint lamentandi causam, nullam passuri onus vel gravamen, ac proinde illi magis est manū suæ amicitia futurum esse præcipuum: *Veni tibi manusuus.* Adeo enim futurum est benignum, ut in quovis obvio casu placidæ de sua viter cum is ellet acturus. Omacque quod a nobis quaeritur esset, moliturus esset obviare non per rigorem vel autoritatem impenitentis, sed potius summa cum verbositate suavitatis. Quamnam exitimatam causam esse, quod Christus duos discipulos suos Petrum & Philip-  
 11. *Quamnam exitimatam causam esse, quod Christus duos discipulos suos Petrum & Philip-  
 11. (hos enim fuisse existimat Carthusianus) ad aliquid jumentum emittens, pariter iustitiam præcepit, ut si quis causam, cur jumentum  
 11. præcipuum ab his exquireret, aut eos impedire vel  
 11. laedere vel responderet: Dicit quia Dominus  
 11. his non habet. Quid? Ergone Rex aliquis subdi-  
 11. rationem dicere tenetur, cur talem legem  
 11. emittat, aut hoc vel illud onus imponat, aut gra-  
 11. vium aliquam gellam vel actionem instituat?  
 11. *Quæ ratione voluntas, sic volo sic jubeo, nec ef-  
 11. fectus, qui resistere auit, & clitis, nolitis, nihil  
 11. videtur, quia vobis etiam invitit sic esse debet.*  
 11. *Veruntamen multorum in hoc mundo Princi-  
 11. piosos est, veruntamen Rex & Salvator no-  
 11. his quæcmodi terminis nequaquam utitur:  
 11. *Quia quia Dominus his opus habet.* Homines  
 11. ab incomparabili suavitatis, quam Salva-  
 11. mentem loquentem audiendo recipiebant, effi-  
 11. casissime attracti continere se non poterant,  
 11. quæ tumatum ad ejus prædicationem & ser-  
 11. monem auctulandum accurretes, in mediam  
 11. gentium turbam sese ingererent: Et quidem uno  
 11. inspectaliter, tanta cum loquentem circumde-  
 11. dit populi multitudo, ut vix gressum ulterius  
 11. movere possent, unde juxta stagnum Geneareth  
 11. conuhsens, pro habenda majori loquendi com-  
 11. moditate, Petrum & Andream, ut è duabus navi-  
 11. culis ad litus hærentibus, unam sibi tantisper  
 11. accommodarent, rogavit eamque ingressus pul-  
 11. pui loco habuit, quia vero navicula populo au-  
 11. sculanti nimium vicina erat, ideoque ejus præ-  
 11. dicatione difficulter ab omnibus audiri & percipi  
 11. poterat, rogavit Simonem, inquit Sacer Textus  
 11. mi accepto remo cum nonnihil à terra remove-**

ret *Rogavit eum à terra reducere passillum.* Unde Dionys.  
 Dionysius Carthusianus hoc loco dicit. *Ideo na-  
 Carth. ibid.*  
*vim intravit, quia turba ceperunt eum comprime-  
 re. & in terra cum eis stans, non poterat ab omnibus  
 tam congruenter aspici, & audiri, sicut in navi-  
 stans.* Enimvero hoc totum optime dicitur, sed  
 lum hocce verbum, *Rogavit*, valde mihi in ver-  
 bis Salvatoris displicet. Ergone Dominus navi-  
 culam à Simone mutuaturus opus habet ut roget?  
 Si ipse Dominus est, cur non imperat & man-  
 dat, ut commoderet? Si ipse Petri Magister est,  
 cur non potius eidem dicit, volo ut commodes?  
 hanc mihi navim accommoda ne minimum  
 quidem verbum obganncado? Sanctus Ambro-  
 sius respondebit id factum esse quia (servitium  
 plus placet, non quod imperio exigitur, sed  
 quod sponte defertur) S. Bonaventura simul  
 cum Seneca hic subjungit, id Christum fecisse  
 ut hominis generositatem demonstraret, quia  
 facilius ducitur, quam trahitur. Vel cum Sancto  
 Joanne Chrysostomo hom. 65. in Matth. hæc  
 adducit ratio poterit, quia potentior est oratio mi-  
 nis, quam violenta Veruntamen Dionysius Car-  
 thusianus præter hæc adductas aliam quan-  
 dam rationem adducit valde ingeniosam, &  
 præfanti proposito nostro plurimum accom-  
 modam Vos eam auctulatis utpote attentione  
 vestra dignissimam. Christus quidem tanquam  
 Dominus, unam è Simonis navibus propria au-  
 thoritate accipere poterat: Id tamen facere re-  
 nuit, quia potius dulciter eum rogare voluit,  
 suavitatem suam in modo petendi demonst-  
 rando, quodque sæpe expedientius fit id, quod ple-  
 naria autoritate facere possumus, nonnun-  
 quam cum aliqua benevolentia suavitatis & ci-  
 vilitate moliri (Porro ex hoc ostenditur maxi-  
 ma Christi dignatio, mansuetudo, & pietas, quod  
 Petrum pro tam parva re tam modeste humili,  
 terque rogavit, cui præcipere habuit, docens  
 Prælatos, ut proniores sint ad monendum, quã  
 ad præcipiendum, magisque cupiant diligi, quã  
 timeri.) Etenim vere pulchra & bona est hæc  
 Politica, quantumvis Principes ejus observan-  
 tiam, vilitatem quandam & abjectionem animi  
 subindicare existiment. Merito igitur sancti  
 Prophetæ Isaias & Zacharias Filias Sion in-  
 vitant, ut tam suavis, placidi, & mansueti Regis  
 sui solemnem ingressum congratulentur.  
 20. Aliud quoddam superest monitum,  
 iis qui publico regimini admoti sunt appri-  
 me necessarium, atque pro Reipublicæ vel  
 status alicujus prospero & felici regimi-  
 ni accepto remo cum nonnihil à terra remove-

*D. Ambr.  
 serm. 3. de  
 Sanctis in  
 festo Sancti  
 Basili.*

*Dionysius.  
 Carth. in  
 Lucæ  
 c. 5. fol.  
 139. Lit. A.*



ne maximè considerandum. Priusquam tamen illud in medium adducam scripturale quoddam dubium vobis antea proponam, in cuius visceribus monitum à me vobis promissum utique invenietis. Enimvero notum est omnibus atque perspicuum, omnia magni Dei opera operata optime regulata, & non casualiter, sed in certum quendam finem directà esse: hæc enim veritas ad eò clara est & evidens, ut sol magis lucidus esse non possit. Ac proinde cupidus sum explorandi causam, cur post determinatam verbi incarnationem, priusquam illa executioni mandaretur ad MARIAM Virginem missus fuerit Gabriel Archangelus? cur hic, & non alius? videbatur enim, quod cum mysterium inter omnia fidei nostræ mysteria sit facile maximum, decens quoque fuisset ad illud annuntiandum supremum quoque supremæ Hierarchiæ Angelum destinari. Item cum amor præcipuum sit Incarnationis motivum, teste sancto Joanne, qui dicit: *Sic DEVS dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret*, decentius fuisset si adhibitus fuisset aliquis Seraphinus, utpote quo nullus aptior inveniri poterat ad ferendum tam felix nuncium amoris. Præterea quia verbum æternum quod est ipsa æterni Patris sapientia, incarnandum erat, cujuslibet opinione aptior aliquis ex Cherubinorum choro fuisset ad hoc nuncium expediendum, illis namque scientia appropriatur. Cur igitur hisce omnibus prætermissis Gabriel eligitur? Sancti Gregorius & Hieronymus respondent quod cum Gabriel idem sit quod *Fortitudo Dei*, & Christus similiter per antonomasiam fortis dicitur, prout illum sub hoc titulo Regius Prophetas celebrat, dum ait: *Dominus fortis & potens*, ideo hic potius quam alius ad hanc legationem assumptus fuerit: ad hoc ut legatus missus aliam quam in virtute fortitudinis cum suo Principe correspondentiam haberet. Sanctus Proclus aliam quandam expositionem adducit, dicens: *Et quid Gabriel quæso interpretatur sonat? Audi, & discite, utique idem sonat, quod Deus homo, quo dispensationis mysterium factilius persuadeat, rei miraculum nominis ratione anticipat.* Sanctus Petrus Damianus Gabrielem Angelum Custodem Beatæ Virginis MARIÆ fuisse dicit, ac opinio de huic honori nullam aliam se ingerere debuisse, utpote Gabrieli soli debitum. Possent etiam in medium adduci opinio sancti Juliani Archiepiscopi Toletani, lib. 2. contra Judæos dicens: *Iam ergo manifestum est quod unusdem-*

que Angelus Gabriel fuerit, qui & præfixa illa tempora Daniæ de Christi Nativitate aperuit, & præfixa illa tempora Virginis præsentem esse monstravit, & omnium prædicta operis efficientia completa esse convincit. Hæc enim opinio nequaquam mihi displicet, eorum maxime quod in ea aliquid insinuetur quod necio quam apte præsentem meo proposito dicitur, quod tamen ex nunc in medium adducere fastidio, ac proinde pro habenda vera hujus difficultatis resolutione, vos rogo ut aliquantulum patienter sustineatis, nisi enim fallar, futurum existimo ut tanto gratior futura sit adducenda resolutio. In primo itaque Regum libro legitur quod Rex Saul in gravi quodam, ob interfectionem Philistæis atrox bellum, periculo constitutus, cum belli eventum & exitum penetrare non valens, laboraret in eo an victor futurus, an vultu prosternendus & vincendus esset, mulierem quandam Pythonissam accesserit, eamque sub promissione certæ mercedis instantissime et summelem recusaret, rogavit: *Suscipiam tibi unumquemque de filiis tuis, ut faciat tibi sacrificium, & tu eris in pace.* Verum cur non potius Abimelech, Moyses, vel alium quendam in Scriptura Sacro famulum Heroem suscipi sibi petiit? Quid Samuëli cum tamulibus belli committere intercedit? Siste hic non nihil, Audientes, qui hæc Saulis Regis Chymaræ, cum iis quæ Jacob Patriarchæ acciderunt confiteri deceret: Hic enim Patriarcha auditio felicissimo delecto filio suo sibi allato nuncio, quod scilicet non solum viveret, sed etiam tanquam Vice Rex universæ Egypto dominaretur, illum ante motum invisere decrevit. Ac proinde Judam filium suum veluti legatum in Egyptum amandavit, qui illum in terram usque Gessen veluti prætor antecederet, ibi enim Joseph cum expectabat, ut illum cum omni nobilitate aulae suæ in rhedis & curribus ibidem filiali cum reverentia exciperet. Optime id quidem à sancto Patriarcha factum est: verum tamen quidnam Jacob movit quod Judam inter omnes filios suos ad hoc munus delegerit: cur non potius Ruben, qui natu major erat? Cum non Simonem juvenem ob eorum aspectum, moribusque civilem? Certè nullus ex toto fratum numero ad hanc legationem equandam ineptior videbatur, quam Judas, utpote qui exiguum quondam erga Josephum affectum exhibuit, quando suis invidiarum mutuis eidem nocere moliebatur. Eam vero non obstantibus hisce omnibus, vult sanctus Patriarcha ut sepositis quovis alio respectu Judas in vitam se recipiat: Et si hujus rationem accers

D. Gregor.  
hom. 34.  
D. Hieron.  
in cap. 8.  
Dam.

S. Proclus  
hom. de  
Nat. Dom.  
tom. 6.  
conc. Ephes.

Petrus Da



vultis, ecce illam vobis à Lipomano sat bene conceptam: S. etenim Senecio, Judæ dexteriorem mores, prudentiam & agendi consuetudinem satis gratam in similibus negotiis sapius expertus fuerat. Atque ideo vade, inquit, fili mi Juda, tu etenim præ cæteris mihi videris hinc manenti obundo aptissimus, alias enim te eodem sine ad alia loca amandavi, & semper res meæ felicissime cesserunt: *Ex causa id fecit, quia prudentiam Juda filii sat expertus erat & præcipue, cum executionem ageret de adducendo Davi ad Iosaph.* Eadem fuit Saulis in agendo negotio suo prudentia, licet alias imprudens tum se semper exhibuerit, Samuelem enim resoluam volebat, & non alium, quia eum, quamdiu in aula sua vixerat, fidelem semper expertus fuerat, & quotiescumque in occurrentibus gravibus momenti negotiis eum consuluerat, ejus sepe quod arbitrium prospere semper agebat, & quicquid ab eo prædictum fuerat, re ipsa & in cunctis adimpleri semper viderat: *voluit Samuelem (inquit Abulenſis) quia ipse prædixerat ei omnia, quæ futura erant sibi, quali diceret: Nunquam in consilijs, & futurorum eventuum varijs deprehendi aliquem Samuele meliorem: ac proinde alium ejus loco substitutum minime desidero.* Et ecce vobis primæ quoque difficultatis punctum resolutum. Gabriel Archangelum legatum ad Mariam V. mirtitur, quia utilis practicus & expertus in legationibus suis etiam nunc ad Daniele, nunc ad Zacha-

riam, nunc ad Annam submissus fuerat. Age dum igitur, ita videor mihi audireloquentes tres personas divinas. Gabriel est summæ dextertatis & experientiæ, estque omnibus ad bonum legatum requisitis conditionibus inflatissimus, ac proinde munus sibi à nobis impositum exactissime exequetur. Est conceptus hic Abbas Franconij, qui ait: *Eligitur nuntius Franconius ex multis millibus, tanto Rege dignus, tanto Abb. ro. 6. mysterio idoneus, tam amica legationis peritissimus, de gratia.* Atque hæc eadem causa est cur Christus ad solvendum jumentum duos ex discipulis suis Petrum nimirum & Philippum miserit: *Mitte duos discipulos etc.* In alijs scilicet occasionibus sapius tentatos & approbatos, omnes Magnates per hoc instruens quod ad obeunda quævis munera nunquam eos mittere debeat, quos aptos & prudentes esse certo non cognoscunt, sed tales deputent, quos in similibus muneribus administrandis alias & alibi bonos fuisse comprobant, qui videlicet justitiam in regimine suo inviolabiliter observant, salvamque semper & illam cum subditorum satisfactio, ne conservant Principis sui auctoritatem & æstimationem, sic enim subditi consolati optimeque contenti vivunt, magnamque habeant cælo gratias referendi occasionem, quod talem sint nacti Principem qui subditis suis potius quam sibi prodesse satagat, *quis que potius vult prodesse quam præesse.*

SE R M O XXXV.  
IN FERIAM SEXTAM  
PARASCEVES.

**E**X quo sterilissima nihili viscera ab omnipotenti Creatoris verbo fecunda pulchrum mundi partum ediderunt in lucem, nulla unquam visa vel audita est tam funesta tragedia, nec ullum tam lugubre spectaculum, vel tantam secum truculentam & barbariem subinferens eventus, cuius maoris planctus debeat tributum, quam sit amara illa quæ inter tenebrarum horrores hæc voce representatur **J**esu Christi Filij Dei

mors & Passio. O insultam noctem! o funestus eventus! Ergone magni Dei Patris unigenitus Filius ab ipso met homine illatam sustinuit mortem, ut homo vitam recipiat? Ergone pro vili creatura diris clavibus in aspero crucis ligno configetur Rex Angelorum & Dominus universi? Ergone verum est quod ad extinguendam flammam inferni, ne totus mundus exardeat, lacus quidam fieri debeat ex sanguine Filij Dei? **O** cor meum quousque excessivus

Handwritten notes in the right margin, including the word "dicab" and some numbers.